

1669 ottobre 12-13, Quinzano.

Visita pastorale del vescovo Marino Giovanni GIORGI.
Verbale e decreti.

Brescia - Archivio Vescovile: Visite Pastorali, reg. 46, cc. 252r-265r.

Ediz.: inedito.

(*trascr.*: tc, 06.2010)

[c. 252r]

{Quintiani mane}¹

Die 12 Octobris 1669.

Mane discessit à loco Verolę Veteris et Quintianum peruenit, ubi, iuxta solitum, exceptus, decreuit, et uisitauit, et ordinauit, ut infra.

In Ecclesia Parochiali SSanctorum Faustini, et Iouite

Ad Altare maius.

Cum Arca Tabernaculi, in qua seruatur *Sanctissimum Sacramentum*, sit nimis alta et incommoda, *Reuerendus* Archipresbiter curet, ut alia proximior mense Altaris, expensis Comunitatis à perito Artifice conficiatur

Conopoeum plurium colorum pro Tabernaculo fiat. {a}²

Fenestrella in Choro, in qua asseruantur sacre Reliquie Maximi, et Vliue marylum à Nobis uise, et approbate, in angulis decrustata, alia incrustetur, intusque uestiatur serico panno, et extra fiat Inscriptio. Reliquie Sanctorum, ipse uero Sacre Reliquie in uasa decentiora reponantur. {a Inscriptio et uasa comparata.} |

Ad Baptisterium.

In corpore Vasculorum pro oleis sacris soliti characteres imprimantur. {a} || [c. 252v]

Ad Altare Sancti Nicolai Episcopi.

Ad Altare Sancti Petri Martyris.

Palium, et Puluinaria ex corio comparentur. {a}

Ad Altare Sancte A<n>ne.

Etiam pro hoc Altare Palium, et Puluinaria comparentur. {a}

Ad Altare Schole Sanctissimi Sacramenti.

In Sacristia.

Parua Pixis pro Infirmis comparetur, et decens Conopoeo pro ea. {a}

Lunula firmetur in ostensorio. {a}

Vasculum olei sacri Infirmorum de cotula decenti prouideatur. {a}

Patena, et Calix cure inaurantur. {a}

Crumena nigra comparetur. {a}

¹ Nel margine sin.

² La maggior parte dei decreti sono affiancati nel margine sin dalla sigla «*adimpletum*», che per comodità di lettura qui sarà riportata al termine di ogni voce.

Pro Altare *Sancti Nicolai Episcopi*: Calix, et Patena inaurantur. {a}
 Pro Altare Scholę *Sanctissimi Sacramenti*. Calix inaurantur, {a}
 Planeta alba infra duos menses resarciatur, aliter³ sit interdicta. {a} || [c. 253r]
 Pro Altare *Sanctę A<n>nę* de crumena nigra prouideatur. {a}
 Pro Capellania Seminarij Brixienſis. Patena inaurantur, Crumena, et Velum nigri coloris {ac
 cingulum}⁴ comparentur {a}
 Reuerendus Archipreſbiter exactas assumat informationes super obligationibus Capellanię
 Seminarij, et Nobis eas in scriptis significet.
 Peluiculę pro Vrceolis comparentur. {a}
 Nemo audeat mingere in loco, in quo asseruatur sacra supelles⁵ dictę Capellanię Seminarij sub
 poena excommunicationis.

In Oratorio *Sancti Rochi*.

Ad Altare maius.

Palium, et Puluinaria ex corio aurato comparentur. {a}

Ad Altare *Sancti Caroli*.

Hoc Altare, cum sit nimis humile, aliquantulum eleuetur cum directione Reuerendi Archipre-
 sbiteri. {a}

Ad Altare *Sanctissimi Rosarij*.

Palium ex corio aurato comparetur. {a} || [c. 253v]

In Sacristia.

Armarium amplum, et decens pro repositione sacre supellectilis conficiatur.

In Oratorio Natiuitatis *Beate Marię Virginis* alias' Ecclesia Parochiali.

Ad Altare.

In alio Oratorio *Beate Marię Virginis* parum a suprascripto distante.

Ad Altare.

Fenestra uitrea resarciatur. {a}

In Sacristia.

Crumenę omnium colorum, et Pagina continens orationes preparatorias ad missam comparen-
 tur. {a}

In Oratorio *Sancti Bernardi Disciplinatorum*.

Ad Altare.

Lapis sacer Celebrantem uersus trahatur. {a}

Palium uiolaceum comparetur. {a}

In Sacristia

³ Gli avverbi portano quasi sempre l'accento sull'ultima vocale: qui sarà riportato in forma di apostrofo a fine di parola.

⁴ Nell'interlinea.

⁵ Corretto da «Sacras supellectilis».

De Velo, et Crumena nigri coloris prouideatur. {a}⁶ || [c. 254r]

In Oratorio *Sancti Ioseph*.

Ad Altare maius.

Lapis sacer *Celebrantem* uersus trahatur. {a}

Ad Altare *Beate Marię Virginis*.

Lapis sacer *Celebrantem* uersus trahatur. {a}

Ad Altaria { *Beate Marię Virginis*, et
{ *Sancti Antonij Abbatis*

Lapis sacer *Celebrantem* uersus trahatur, et Puluinaria ex corio aurato comparentur pro *primo* Altare, pro 2do uero' *Palium*, et Puluinaria, pariter' ex corio aurato comparentur. {a}

In Sacristia.

Duo Calices, et una Patena inaurantur. {a}

Ser Philippus Corsinus Pręses Scholę Sanctissimi Sacramenti, uocatus, et sub uinculo iuramenti

Interrogatus Dixit, se nescire certam quantitatem annui redditus *dictę* Scholę, sed se referre ad relationem *Admodum Reuerendi Domini Archipręsbiteri*, qui ex libris *dictę* Scholę redditum ipsum cognouit; quo uero' ad obligationes, dixit, satesse, quę in *dicta* relatione contineatur, et exacte adimpleri, ultra unum || [c. 254v] *Officium* pro defunctis, quod singulis mensibus *dicta* Schola celebrari facit pro Benefactoribus.

Interrogatus Dixit, quotannis Regentes eligi, acceptique ac dati rationes reddi, *presente Domino Archipręsbitero*, In reliquis recte', *etc* saluo quod dixit *Dominicum Agustinellum* esse debitorem de libris bis centum quadraginta sex circiter' monetę Venetę, et licet executionibus excitetur ad solutionem adhuc *tamen* soluere non curat.

Pręfatus Ser Philippus Corsinus Massarius Scholę Sanctissime Crucis in Ecclesia Parochiali, dixit⁷, *dictam* Scholam nullos habere redditus, nullasque obligationes, sed sustentari ex eleemosynis tantum', et à se reddi rationes *Admodum Reuerendo Domino Archipręsbitero* de paucis eleemosynis, quę offeruntur in bono'⁸, et impenduntur in beneficio Altaris.

*Ser Vincentius Basellus, Dominus Petrus Rossinus, Dominus Gabriel Guadagnus, et Dominus Gabriel Sopettus*⁹, *sindici Scholę Sanctissimi Rosarij erectę in Oratorio Sancti Rochi*, uocati, et pręio iuramento

Interrogati Dixerunt, redditus annuos, et onera descripta in relatione *Domini Archipręsbiteri* adherere ueritati, et celebrationem octuaginta || [c. 255r] *missarum* singulis annis esse conflatam ex diuersis oneribus et redditus annuos pro *dicta* celebratione uix sufficere, quia non solum' non augentur redditus sed minuuntur, imo' *Reuerendum Dominum Carolum Gandaleam*, qui subiuit onus celebrationis pręmissę¹⁰ indolere, quia asserit, maxima cum difficultate posse exigere à debitoribus.

Interrogati Dixerunt non omni anno accepti *datique* rationes reddi, nec Regentes renouari ob carentiam idonearum personarum, *presente Admodum Reuerendo Domino Archipręsbitero*.

⁶ Forse cancellato.

⁷ Corretto da altra parola.

⁸ Corretto da «beneficium».

⁹ *Scil.*: "Zopettus".

¹⁰ Segue «se», cancellato.

Interrogati Dixerunt, à *dicta* Confraternitate Regentes eligi ac dati, et accepti rationes reddi, aliquando singulo biennio, aliquando¹¹ quolibet anno, *presente Admodum Reuerendo Domino Archipręsbitero*.

Interrogati Dixerunt, Confraternitatem Disciplinatorum nullos habere redditus, nec obligationes, sed accedere ad *Oratorium Sancti Rochi*, ad propria exercitia spiritualia, induere uestem uiridem, et confratres esse decem circiter'. In reliquis recte' *etc*

Ser Antonius Marinonus Prior, et *Ser Vincentius Bozzola* Consiliarius Confraternitatis Sanctę {Marię Virginis}¹², uocati, et pręuio iuramento

Interrogati Dixerunt, Confratres esse octodecim, et Confraternitatem esse || [c. 255v] erectam sub titulo Sanctę Marię in Oratorio Sancti Bernardi, et aggregatam Archiconfraternitati Confalonis de Vrbe, ostenderuntque diploma huiusmodi aggregationis, datum Romę die 26 Ianuarij 1612.

Interrogati Dixerunt, Confratres induere uestem albam, habere Regulas impressas, et approbatas, et iuxta eas exercitijs spiritualibus in dicto Oratorio operam dare, redditus dictę Confraternitatis non ascendere ad summam librarum sexcentum planet, ut expressum est in relatione Domini Archipręsbiteri, sed esse dumtaxat librarum quatuor centum sexaginta circiter', ut clare' patet ex locatione, quę terminabitur festo Sancti Martini proxime' futuro¹³, et ex liuellis parui momenti. Quo ad obligationes, dixerunt, panem non dispensari in quantitate, descripta in relatione Domini Archipręsbiteri, quia hoc anno proxime' pręterito dispensatus fuit panis, extractus ex salmis quindecim tritici {quod de regalia habent alt<e>ras pecunias suprascriptas}¹⁴ et ex tribus salmis¹⁵ milij, atque huiusmodi distributionem fieri ex antiqua¹⁶ consuetudine, et nesciri, quid extet¹⁷ aliqua pręfixa obligatio. Dixerunt etiam, ex inuestitura bonorum dictę Confraternitati facta per Comunitatem Quintiani || [c. 256r] non apparere aliquam pręcisam obligationem, sed dumtaxat¹⁸ oblationem erogandi in pios usus fructus ex ipsis bonis percipiendos, idque per ipsam Confraternitatem pręstari, etiam erga Concionatores, ut enunciatur in relatione Domini Archipręsbiteri {licet non teneantur¹⁹ erga ipsos Concionatores, cum prętere, id gratis factum fuisse, et non posse contra eorum uoluntatem astringi}²⁰, et etiam erogari aliquas eleemosynas, ultra missam, quam prima Dominica cuiuslibet mensis celebrari faciunt, et tria officia pro Defunctis quolibet anno, sicque omnes redditus impendi, et eos in pręmissis non sufficere, imo' aliquando deficere. Dixerunt etiam, dati, et accepti rationes, retroactis temporibus reditas fuisse Sindicis Comunis Quintiani, prout tenentur uirtute Inuistiturę dictę Confraternitati factę ab ipso Comuni, contentę in Instrumento, rogato à quondam Domino Ioanne Planerio, Notario Quintiani sub die 15 Ianuarij 1567²¹ et huiusmodi rationes reditas fuisse in Oratorio Sancti Bernardi singulis annis in presentia Domini Archipręsbiteri, sed per Regentes Comunis hoc anno motam fuisse prętentionem contra antiquum usum quod ipsi Regentes coeperunt Confratres || [c. 256v] ad reddendas rationes in domo Comunis, contra usum alias' semper seruatum. In reliquis recte' *etc*

Dominus Augustinus Planerius Syndicus Comunitatis Quintiani uocatus, et pręuio iuramento

¹¹ Segue parola cancellata (forse «non»).

¹² Nell'interlinea, a correzione di «Sancti Nominis Iesu».

¹³ Corretto da «futuri».

¹⁴ Nell'interlinea.

¹⁵ Segue «trib», cancellato.

¹⁶ Corretto forse da «antiquissima».

¹⁷ Corretto da «quod extat».

¹⁸ La «x» corretta da una «t».

¹⁹ Corretto da altra desinenza.

²⁰ Nel margine sin.

²¹ Corretto da «1667».

Interrogatus Dixit, in hac Terra extari Montem Pietatis, habentem quantitatem milij, et seliginis, milium esse in toto salmas centum sexaginta circiter, et seliginem salmas sexdecim circiter', Montem ipsum esse sub regimine Comunitatis, et fuisse fondatum ex uno de familia Solda de Sorosina, alias' habitorem in loco Scarpizzoli, cum onere celebrari faciendi missam solemnem festo Sancti Martini quolibet anno, milium, et seliginem primo loco relicta à dicto Soldo suscepisse incrementum ab alijs pijs personis, qui aliquam quantitatem diuersis temporibus reliquerunt, distribui egentibus, recepta ab unoquoque idonea fideiussione, et pro huiusmodi distributione, et exactione deputari massarium, eligique in Consilio Comunitatis, et per Syndicos dari ordines distributionis || [c. 257r] per cedulae subscriptas, et firmatas per massarium; modo' super loco Montis extare salmas octoginta²² circiter milij, et circa salmas octo seliginis, residuum exigendum esse à debitoribus, pro qua exactione per partem Consilij specialis deliberatum fuit²³, quod debitores modio Iuris ad satisfactionem absque ulla mora cogantur. De dicto Monte extare præcipue debitores Horatium²⁴ pizamiliam de salmis uiginti octo milij uigore massarię, heredes quondam Vincentij Peroni, alias' massarij de salmis sexdecim, Gabrielem Stabilem alias' massarium, de salmis quindecim, circiter', ultra alios debitores titulo mutui; Ultra quantitatem superius expressam, et consistentem, Comunitatem esse debtricem de salmis sexaginta milij, ab ea habiti pro suffragandis militibus, qui alias' ad Bellum de mandato Principis missi sunt, ipsamque profiteri, eas restituere, quotiescumque opus fuerit, cum sit tutius, quod remaneat apud ipsam stante quod' modo', non extat necessitas in pauperibus, nec ullus est, qui milium petat, In reliquis recte' etc || [c. 257v]

Ser Ioannes Paulus Peronus, et Ser Franciscus Cremezanus, syndici Vicinię Sancti Ioseph, uocati, et præiuro iuramento.

Interrogati Dixerunt, in Oratorio Sancti Ioseph adesse obligationes, descriptas ab Admodum Reuerendo Domino Archipręsbitero, easque exacte' adimpleri, annuos redditus fuisse librarum quadraginta quinque circiter',²⁵ quę percipiebantur ex bonis locatis, sed locationem terminari festo Sancti Martini proxime' futuro et modo' non inuenire aliquem, qui²⁶ bona ipsa conducere uelit, stante uili præiuro redituum, licet, exponi fecerit cedulae, et facta fuerit experientia medio subhastationis. A quondam Domino Petro Paduano relictum fuisse onus missę celebrandę in dicto Oratorio, et legata scuta mille monetę Brixiensis, inuestita in petijs terrę, et ex earum annuo reditu celebretur missa, sed nescire, an sit quotidiana, quia de hac celebratione beneficiatus est Reuerendus Dominus Franciscus Cirimbellus, à quo sciri poterit quantitas missarum celebrandarum.

Interrogati Dixerunt, singulis annis accepti, datique rationes reddi, et eligi Regentes in presentia Admodum Reuerendi Domini Archipręsbiteri. In reliquis recte' etc. ||

[...] ²⁷

In Oratorio Campestri Sanctę Marię della Rosa in Contrata Montechij.

Ad Altare.

Lapis sacer Celebrantem uersus trahatur, et mensa Altaris nimis humilis, aliquantulum eleuetur. {a}

Puluinaria ex corio aurato, Crumene, nigra, et rubea, || [c. 263v] ac Planeta uiridis comparen-

²² Corretto da «octuaginta» (?).

²³ Corretto da «esset».

²⁴ La «H» iniziale aggiunta dopo.

²⁵ Segue «sed», cancellato.

²⁶ Corretto da «qua».

²⁷ Segue alle cc. 258r-263r, l' *Informatione* preliminare dell'arciprete Giovanni Capello, redatta su un quinternetto legato dentro il registro principale dei verbali (qui si riporta a parte). Da metà della c. 263r riprende il verbale della visita, con i relativi decreti.

tur. {a}

In Oratorio *Sanctę Marię* ad Elisabeth.

Ad Altare.

Mappe decentes, et Puluinaria ex corio aurato, nec non uela, et Crumeneę colorum, nigri, uiridis, et uiolacei, atque alba Crumena comparentur. {a}

In Oratorio *Sanctę Marię* à Curte Emilia.

Ad Altare.

De Pagina secretorum, de Crumenis, uiride, et uiolacea prouideatur. {a}
Fenestreę telis muniantur. {a} || [c. 264r]

Reuerendus Archipřsbiter inquireat, et uideat omnes reductiones onerum missarum, consideretque, an indigeant aliqua confirmatione, et an reditus sint nimis pingues respectu numeri missarum, habitasque informationes, in scriptis ad Nos transmittat. {a}

Idem Archipřsbiter inquireat etiam, an Patres Iesuite celebrari faciant missas centum septuaginta singulis annis in *Ecclesia* propinquiore, loco nuncupato la Palazzina di Mercato, et quomodo huiusmodi onus adimpleatur, certioresque Nos reddat.

Confratres Scholarum, et Disciplinati seruent Regulas, eisdem adscriptas, tam in administratione bonorum, quam in celebratione Officiorum pro defunctis, Vterius singulis annis Regentes eligant, et dati, acceptique rationes, per Massarios, seu' alios obligatos reddi faciant, in presentia *Reuerendi Archipřsbiteri*, qui, ut ab omnibus id adimpleatur, omni studio curare debeat. {a}

Regentes Montis Pietatis exigant milium, et seliginem ab omnibus debitoribus, et přcipue' à Massarijs, || [c. 264v] qui à superioribus Annis usque ad 1668 inclusiue' huiusmodi onus exercuerunt; Exigant etiam ab alijs debitoribus. Si uero' {debitores}²⁸ negligentes, uel renitentes fuerint, elapso bimestre, *Reuerendus Archipřsbiter* eos ad Sacramenta non admittat; et quia *Communitas* habuit salmas sexaginta milij, ad dictum Montem spectantis, eius Regentes illud quamprimum restituendum curent, uel saltem' infra bimestre přdictum.

Přsbiter Carolus Bertoleus, qui celebrat missam, Legatam à quondam *Reuerendo Francisco Basello*, agat uia Iuris contra *Hieronymum Blesium*, obligatum pro sorte censuaria Scutorum centum monetę Brixie, curetque solicate', ne sors ipsa, uel census decursi pereant.

Decretum circa ordinem celebrationis, missarum, alias' emanatum ab *Eminentissimo*, et *Reuerendissimo Domino Cardinali Otthobono Episcopo* přdecessore nostro adamussim executioni mandari iubemus, atque dum [?] fiat, *Reuerendus Archipřsbiter* sedulo curet. {a}

« Festis diebus pro missa in aurora, et pro missa conuentali tantum dentur signa per duarum mariozum Campanarum pulsationem. Pro alijs uero' missis una tantum Campana, uel due minores ad summum pulsentur, et přfatus *Archipřsbiter* nullo modo aliter' fieri permittat. || [c. 265r]

Visitauit etiam Oratorium sub titulo, et inuocatione *Sanctissimi Sacramenti*, in quo nichil decreuit, quia omnia erant bene' disposita,

Hoc Oratorium habet domos annexas, in quibus in comunione uiuunt Virgines dimisseę, super quarum regimine, si aliquid opportunum duxerit decernendum, illud distulit ad comodius tempus, sibique reseruauit facultatem emissionis [?] Decreti et ordinationis uirtute presentis Visitationis. ||

²⁸ Nell'interlinea.